Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/325364

14

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS KARSTEN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FRANCISCUS JOSEPHUS ALEXANDER STEFFENS,

LIMBURGO-HORSTENSIS.

AD DIEM I. M. OCTOBRIS ANNI MDCCCXLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

TYPIS MANDAVIT N. VAN DER MONDE.

MDCCCXLVI.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Mandatum post mortem mandantis exsequendum valet jure Romano classico et Justinianeo.

II.

Ex nudo pacto non oritur obligatio naturalis.

III.

Per querelam inofficiosae donationis, donatio ultra legitimae modum rescinditur.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Mandatum post mortem mandantis exsequendum valet jure Romano classico et Justinianeo.

II.

Ex nudo pacto non oritur obligatio naturalis.

III.

Per querelam inofficiosae donationis, donatio ultra legitimae modum rescinditur.

IV.

Fraudem donatoris probari non debere, contra Mühlenbruchium defendimus.

V.

Neque adsentiri possum Jano a Costa ad § 3. I. de inoff. test. statuenti: si extraneo donatum est, universam donationem rescindi, si heredi cui legitima debetur, ad supplementum agi.

VI.

Non adsentior Clar. Proudhon, qui legatariis disjunctis concedit jus accrescendi, licet res sit dividua.

VII.

Si res quam socius societati debet ante collationem periit, non semper societas dissolvitur, nec obstat art. 1685 C. C. B.

VIII.

Si tutor pupillo procuratorem constituit, mortuo tutore mandatum non finitur.

IX.

Societas tam civilis quam mercatoria personae moralis speciem prae se fert.

X.

Mandatum post mortem exsequendum non valet jure nostro.

XI.

Aequitati non convenit, quod in Art. 203 Cod. Merc. regressus unice conceditur contra trassantem.

XII.

Praesumtio in Art. 164 Cod. Merc. proposita, non prodest trassanti.

XIII.

Tempus, quo actiones ex litteris cambialibus praescribuntur, non currit contra minores.

XIV.

Privilegium datum in Art. 313 Nro. 8, unice prodest redemptori, non autem fabris et reliquis opificibus.

XV.

Art. 285 Cod. Merc. juris rationi non convenit.

XVI.

Legislator Gallicus prudenter incestum in delictorum numerum non retulit.

XVII.

Civitati competit jus, imo incumbit officium normam praescribendi institutioni publicae.

XVIII.

Cives adeo cogi possunt, ut liberos in scholas, sive publicas sive privatas, mittant.

XIX.

Jurisjurandi usus laudandus non videtur.

XX.

Non obstat Art. 291 Cod. Poen. quominus certis diebus de rebus publicis vel sacris acturi conveniant cives, dummodo abstineant ab illis quae societatem constituunt.

XXI.

Jus belli, quod Regi tribuit Lex Imperii, ejusdem legis Art. 122, quo de tributis ac vectigalibus ab Ordinibus Generalibus Regni concedendis cavetur, non adeo restringitur quin, ut recte animadvertit cel. van Swinden, perniciosissimum civitati existere possit.